Chus genuit Nemroth. Ipse coepit
esse potens in terra et erat robustus
venator coram Domino. Ab hoc exivit
proverbium: quasi Nemroth robustus
venator coram Domino. Fuit autem
principium regni eius Babylon et ara[ch]
et archat et calamne in terra se-
nnaar: De terra illa egressus est
Assur et aedificavit Niniven:
et plateas civitatis et Chale. Resen
quoque inter Niniven et Cale. Haec
est civitas magna. At vero Me-
sraim genuit Ludim: et ana-
mim: et Laabim: et nephtuim
et Phetrusim & Celluim: de
quibus egressi sunt Philistijm et
Capturim. Chanaan autem ge-
nuit Sidonem primogenitum suum